



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt XXIV. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

C A P V T XXIV.

NA autem Sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes, que parauerant, aromata. 2. Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. 3. Et ingressa non inuenerunt corpus Domini I E S V. 4. Et factum est, cum mente consternata essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. 5. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? 6. Non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset, 7. dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. 8. Et recordata sunt verborum eius. 9. Et regressa à monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. 10. Erant autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cætera, que cum eis erant, qui dicebant ad Apostolos hæc. 11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista: & non crediderunt illis. 12. Petrus autem surgens occurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. 13. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadium sexaginta ab Ierusalem, nomine Emaus. 14. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, que acciderant. 15. Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse I E S V S appropinquans ibat cum illis. 16. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. 17. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermões, quos conferis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? 18. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti que facta sunt in illa his diebus? 19. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De I E S V Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & sermone D E O, omni populo: 20. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. 21. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hædie quod hæc facta sunt. 22. Sed & mulieres quedam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum. 23. Et, non inuenio corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. 24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. 25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Propheta: 26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? 27. Et incipiens à Moysæ, & omnibus Prophetis, interpretabatur ur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. 28. Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire. 29. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduersa spera sunt, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis: 30. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. 31. Et aperti sunt uulcerum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. 32. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis Scripturas? 33. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant. 34. Dicentes: Quod surrexit Dominus uere, & apparuit Simoni. 35. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. 36. Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis: ego sum, nolite timere. 37. Conturbati uero, & conterriti, existimabant se spiritum uidere. 38. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? 39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & uidete: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. 40. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. 41. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? 42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & sanum mellis. Et cum manduca set coram eis, sumens reliquias dedit eis. 44. Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. 45. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas: 46. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: 47. Et prædicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Ierusalem. 48. Vos autem testes estis horum. 49. Et ego mitto promissum Patris mei in uos. Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque, in diuinam uirtute ex alto. 50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. 51. Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. 52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: 53. Et erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum, Amen.

IN CAPVT VIGINTVMQVARTVM

A R G V M E N T V M.

RESURRECTIONIS & quarundam apparitionum historiam continet, sed pluribus narrat eam quæ contigit duobus discipulis euntibus in Emaus, quæ Lucæ folius est, cætera apud Mathæum sunt exposita, à uersu 36. apud Syros legitur die ascensionis.

VERSUS

VERSVS 13.

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Ierusalem nomine Emaus.

QUESTIO I.

Qui duo discipuli?

§. 1. Probabile est esse duos illos qui Marc. 16. 12. dicuntur iuisse in villam. Negavit tamen hoc Euthymius. Ratio est non contemnenda, hi duo inveniunt discipulos vnde cum, & eos qui cum eis erant, dicentes, Surrexit Dominus vere & apparuit Simoni v. 34. At vero duobus illis qui apud Marcum 16. 17. non crediderunt. Maldonatus respondet, alios credidisse, alios dubitasse, ideo figurate vnum dicere credidisse, aliam non credidisse.

Cleophan Hieronymus Emauntinum civem fuisse putat, de locis Hebraicis, quod inuident, imo cogunt, eum ad hospitium. Ambrosius vocat Amaus, alii putant Lucam ipsum fuisse: sed hoc falsum esse ostendi in prolegomenis in Lucam. Epiphanius contra Saturnianos Nathanaelem fuisse putat, quod eadem ratione refellit, Emaus nobilis ciuitas fuit à Varro ob milites Romanos ibi caesos cremata. Ioseph. l. 17. antiq. cap. 12. Postea restaurata est, & Nicopolis dicta, vt Hieron. ad Eustoch. habet. De fonte eiusdem loci Sozom. l. 5. cap. 20. Iosephus calidas ibi aquas agnoscit l. 4. cap. 1. de bello Iudaico, easque corporibus sanandis idoneas. Plin. l. 1. cap. 14. pluribus fontibus irriguam fuisse ait. Iosephus vocat Amniaus, & interpretatur aquas calidas: alii interpretantur timens auxilium. alii matris consilium. alii gentis consilium. alii populus abiectus. in Syro nunc scribitur חמאמאז chamamaus. alii aliter legerunt, aut legi coniecerunt. Non est dubium quin Iosephus derivaret חמ cham, quod significat calidum, & מאי Majm quod aquas, solet autem חשב chesh, frequenter omiti, qui matris consilium legerunt חמאמאז, qui populum חמ cham per ח. hanc lectionem probat, quia Syricum est, nec illam Iosephi, quia in hac re recentiorum coniecturis potior est illius, qui eo tempore vixit. Iosephus l. 7. de bello Iudaico, stadia triginta scribit, qua in re conspicuus error est.

QUESTIO II.

An peregrini specie apparuerit?

§. 1. Cleophas quodammodo eum reprehendit, quasi adeo sit peregrinus, vt non audierit de Christi morte. Cum res adeo magna, vulgataque fuerit. Iudæi habitu venisse quidam negant, quod Christum commendare Iudæo præsentem non auderent, parum tamen hoc firmum est. Plurimum enim Iudæorum de Christo optime loquebantur, vt Iosephus & Nicodemus sepelierunt ipsum omni metu deposito,

§. 2. Loquebantur & disputabant de illis quæ acciderant, & de resurrectione Domini, sed tota difficultas ex eo nascebatur, quod nondum crederent. Ideo Evangelista dicit οὐκ ᾔδειν conquirere οὐκ ᾔδειν Erasmus, consuebantur, sed proptie est conuetsati, hic vero colloqui: Variis enim modis se solabantur, nec tamen credebant, sed inter spem metumque versabantur. Ideoque tristes fuisse dicit Evangelista.

Beza terrico vultu vertit, quod est τινος ὄμοιωσις, non

ster proprie causam respexit, non enim tam contractis superciliis, & distorto vultu, quam mæstos fuisse significat.

Peregrinus περιεπίτης, quod est habitare, commorari, hospitem esse. de incola tamen etiam accipi potest.

Tertius dies est, in Græco est τῆς τρίτης ἡμέρας, ἡμέρας. noster videtur legisse ἡμέρας & ἡμέρας, quod etiam Syrus retinet.

VERSVS 16.

Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

QUESTIO I.

Quomodo oculos eorum tenuerit ne agnosceretur?

§. 1. Potuit oculos tantummodo tenere, ne agnoscerent, vel aerem obtendendo, vel species immutando, aut ad propriam sui agnitionem non prebendo concursum, idque nulla in corpore Christi mutatione facta. Quod vero Marcus 16. 12. ait mutata effigie apparuisse, hoc ita intelligi potest, visum illis alia effigie, non quod vere mutaretur corporis habitum, sed quod illis ita videretur. Alii contratio modo interpretantur, Effigiem vere mutatam, oculis discipulorum nihil obiectum, quo minus eam speciem quæ obstruebatur perfecte viderent. Aug. ep. 59. Beza. Theophyl. alii que.

Cognitio varie impeditur potest.

§. 2. Planius est, & veritati magis consentaneum, vtrumque factum. Marcus ait apparuisse alia effigie, quod nihil impedit, quo minus proprie intelligamus. Lucas ait, oculi eorum tenebantur: quod eodem modo proprie intelligendum est. Nec audiendi sunt, qui negant duo miracula facienda vbi vnum sufficit. Deum enim ad rationem nostram vocare non oportet: cui sua constat ratio: cur duo non vnum miraculum eodem tempore fecerit. Præsertim cum longius ambularet, explicaret non vnam, sed omnes scripturas quæ erant de ipso, cum aliqua sufficientes fuerint, cum cor ardens efficeret, denique cognosci voluit in fractione panis, cum forma mutata, & oculis vigore reddito, potuerit agnosci. Nec difficile mihi videtur explicare, cur mistum miraculum efficere voluerit. Apparuit eâ forma, qua ab oculis non impeditis cognosci facile potuerit, paulatim tamen mutata, vultu angustiore, qui tamen antiqua lineamenta teneret, vestitu alio, non multum dissimili consuetis. At oculos tenuit, ne similitudinem oris habitusque viderent, deinde aperuit, vt planissime perspicerent, esse Christum, mirarenturque id se ante non agnouisse. Hoc vero confirmandis trepidis idoneum fuit: nam nihil mutata formâ ab eâ, quâ in via prætulit, in hospio agnitus fuit, solo oculorum intuitu redintegrato: si alia forma in via, alia in diuersorio apparuisset, maior suspicio fraudis subesse potuisset: Nec Christus vnquam ita apparuit, vt subito formam mutaret; nam cum specie Hortulani apparuit Magdalena, eam speciem retinuit, quam diu cum ea loquebatur. Itaque sic miraculum temperavit, vt discipuli, in causa suam cæcitatem fuisse viderent, quod ante non cognouissent.

Aliâ effigie apparuit.

§. 3. Quod vero eum alia forma apparuisse de vestitu interpretatur, & historiæ & textui repugnat. Textus appellat μορφήν, quod de forma rei alicuius dicitur, huquam de vestitu. Eodem modo Syrus habet apud Marcum 16. 12. badmutha, in specie, similitudine.

§. 3. Historia etiam non conuenit; Nam cū prope esset, & colloqueretur, non modo in vestib. sed vultu erat

erant nonnulla dissimilia; Nec Maria cum hortulanum peteret, solam vestem, sed etiam vulvum aspexit.

Quod vero addit, aliam etiam formam posse dici, non qua ipse esset, sed qua appareret, id nostram causam adiuuat, & aduersariorum haresin destruit. Sic enim Christus duobus discipulis apparuit alia forma, non vt nullam in eo formam viderent, sed vt veram non viderent. Erat igitur vera forma inuisibilis, aliam autem visibilem illis exhibuit, quod ad Eucharistiæ sacramentum explicandum accommodatum est. Si enim suam veram abscondere, aliam ostendere potuit, quis miretur inuisibilem eum se facere posse? Deinde alia ille forma cum composita propriæ, vel effiebat, vt illa non videretur, vel mutatione prioris formæ est inducta. Si alia addita forma est, certe prior facta est inuisibilis, & qui asciscere aliam potuit, etiam suam potuit mutare, imo additione mutauit, si aliqua in forma mutatio fuit, id quod querimus, concedunt.

Alia formam apparuit.

S. 4. Beza hinc conficere conatur gloriosum corpus non esse inuisibile, nec Christum formam apparuisse, se diuersa. [Ex hoc autem loco, inquit, apparet, quam inconsiderate faciant, qui corpori Domini glorificatione ea tribuunt, quæ vero corpori non possunt conuenire: veluti qui inuisibile, nulla quantitate, nullo loco circumscriptum imaginantur. Non multo minus errant, qui Christum ex stimant à resurrectione varios vultus induisse: quia inquit, corpus erat spirituale. Quanto melius Augustinus ad Constatium, corpus animale definit, quod propter mortis dissolutionem & corruptionem cæteris animantibus simile est: spirituale vero, quod iam cum spiritu est immortale: Et paulo post: Sicut, inquit, animale corpus non est anima, sed corpus: ita & spirituale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Quid quod idem in Epistola ad Dardanum, ne anima quidem Christi tribuit, nedum corpori, vt duobus simul locis existere potuerit: Quod autem ad formam & characteris mutationem attinet, si ita est vt vulvum & staturam mutarit Dominus, quid necesse fuit istorum oculos teneri? Quod igitur Theophylactus citat ex Marci 16. 12. Christum duobus istis apparuisse ἐπέφαυτο, ita explicandum est, vt vel ἐπέφαυτο pro ipso habitu & vestitu corporis accipiat, (apparuit enim illis tanquam & ipse ad iter accinctus: Sicut Mariæ viuis hortulani specie, non ante est ab ea agnitus, quam formam qua ipsis visus est, non qua ipse esset reuera. Hactenus enim tenebantur ipsorum oculi, non vt vllam in eo formam viderent, sed vt veram non perspicere, vnde agnoscere possent: ex quo efficitur caligantibus eorum oculis diuersam formam imaginem fuisse obiectam, quam reuera, sicut idem erat corpus, eadem etiam esset eius forma.]

Christus eam formam erat, vt agnosceret.

Respondeo: Tenebantur oculi, ne agnoscerent, cum tamē alioqui ea esset forma, vt possent agnoscere. At vero ex eo nequaquam concluditur: gloriofa corpota semper necessario aspectabilia esse, latere non posse: sed tantum posse illa quoque eam habere formam, quæ oculis corporeis conspiciatur. Non enim sequitur eum qui aliquando apparet, non posse latere, sed posse etiam apparere.

Itaque Aug. 1. 3. c. 25. de consensu Euang. Non aliam in Christo effigiem fuisse, sed apparuisse, existimat, potuisse tamen expresse docere. Pro merito, inquit, quippe mentis eorum adhuc ignorantis, quod oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorum oculi passi sunt: non veritate fallente, sed ipsis veritatem percipere non valentibus,

Et aliud, quam res est, opinantibus: no quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis participi non est, id est, Ecclesiæ, cuius vnitatem in Sacramento panis, commendat Apostolus, dicens: vnus panis vnus corpus multi sumus: quam etiam vnus: vt cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur opines oculi eorum, & agnoscerent eum. Aperirentur vique adertur ne eum agnoscerent. Neque enim clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid, quo non sinerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet & caligo & aliqui humor effere solst. Non quia Dominus non poterat transformare carnem suam, vt alia reuera esset effigies, quam solebant illi contueri, quandoquidem & ante passionem suam transformatus est in monte, vt facies eius claresceret sicut Sol. Quale vult enim corpus de quacunque corpore, verum de vero fact, qui de aqua verum vinum fecit. Sed non ita fecerat, cum apparuit illis duobus in alia effigie. Non enim aliter quam erat, sed sicut erat apparuit eis, quorum oculi tenebantur ne agnoscerent eum. Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus: sed tamen à Christo esse facta permissio vt que ad sacramentum panis: vt vnitatem corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.

VERSVS 28.

Et appropinquauerunt castello quod i-
bant, & ipse finxit longius ire.

QVÆSTIO I.

Quo finxerit se longius ire?

S. 1. **A**vg. l. contra mendacium hunc locum sic exponit: Hinc est etiam illud, ait, quod commemorasse eos dicere, Dominum Iesum posteaquam resurrexit, ambulasse in itinere cum duobus discipulis, & propinquans eis castello quo ibant, ille longius se ire finxit, vbi Euangelista dicens: Ipse autem se finxit longius ire: etiam ipsum verbum posuit quo mendaces nimium delectantur, vt impune mentiantur: quasi mendacium sit omne quod fingitur, cum veraciter aliud ex alio significandi gratia tam multa fingantur. Si ergo nihil aliud significasset Iesus in eo quod longius ire se finxit, merito iudicaretur esse mendacium. Porro autem si bene intelligatur, excusandum iudicaretur esse mendacium. Alioquin erunt cuncta mendacia, que propter quandam rerum significandarum similitudinem cum gestis non sint, tantumquam gesta narrantur. Vnde est illa de duobus vnus hominis filius, maiore qui mansit apud patrem suum, & minore qui longius peregrinatus est, tam proluxa narratio. In quo genere fingendi, humana etiam facta vel dicta, irrationabilibus animantibus, & sensu carentibus, homines addiderunt, vt eis fingendi factis narrationibus, sed veracibus significationibus, quod vellent commendatis imitari. Nec apud auctores tantum secularium literarum, vt apud Horatium, mus loquitur murem; & mustela vulpecula, vt per narrationem fictam ad id quod agitur, vera significatio referatur. Vnde & AEsopales fabulas ad eum finem relatas, nullus tam inermis fuerit, qui putaret appellanda mendacia. Sed in literis quoque sacris, sicut in libro Iudicum, ligna sibi Regem requirunt, & loquuntur ad oleam, & ad ficum, & ad vitem, & ad rubum. Quod vique totum fingitur, vt ad rem que intenditur, facta quidem narratione, non mendaci tamen, sed veraciter significatione veniat. Hac dixi propter id, quod scriptum est de Iesu, Et ipse finxit longius ire: ne quisquam ex hoc verbo sicut Priscillianista licitum volens habere mendacium, insuper etiam Christum contendat fuisse menti Non committum. Qui quis autem vult intelligere illud fingendo quid finxit, prafigurari, attendat quid agendo perfecit. Longius namq, mendacium postea

QUESTIO I.

An Eucharistiam illis dederit?

§. 1. Hieronym. in Epitaphio Paulæ ad Eustochas ait Christum consecrasse domum Cleophræ in Ecclesiam, quo indicat Eucharistiam distribuisse. August. l. 3. de cons. Euang. cap. 25. idem docet. Chrysost. hom. 9. ex variis Matth. locis. Theoph. Beda. Strab. Stich. l. 2. in ca. 9. Leuitici. It. à Ioan. Louano. Maldonatus, alii. Iansenius tamen figuram Eucharistiæ fuisse existimat: & hoc tantummodo ex auctoribus citatis colligi. Bellarm. l. 4. cap. 24. de sacramento Eucharistiæ rem in medio relinquit.

§. 2. Vtraque sententia idonea est, vt ostendatur Eucharistiam sub vna duntaxat specie dari posse. Siue enim vere Eucharistiam, siue figuram eius esse voluit fractionem panis, satis ostenditur, in sola panis fractione eam consistere, nec deesse fructum participationis sacræ, & si vnum tantummodo symbolum adhibeatur.

Quod vero Melancthon obiicit, per figuram Intellektionis etiam calicem comprehendere, falsum est: Nam mox vt panem benedixit ac fregit, euauit ex oculis eorum, vt calicem benedicere & distribuere non potuerit. Minus est ad rem quod Kemnitius obiicit. August. tract. 2. in Epist. Et vere qui non sibi iudicium manducat & bibit in fractione panis Christum agnoscit. Nam Augustinus non aliud significat, quam morem sui temporis, eorum, qui vtramque speciem sumebant, & ad verba Pauli 1. Corinth. 11. ailudit. Nos vero f. temerè indigne vna specie vntem iudicium sibi manducare & bibere: contempti corporis & sanguinis dominici, non vsu symbolorum.

§. 3. Rationes tamen suadent complures, vt credamus vere Eucharistiam illo loco datam, atque quod maxime aduersarios torquet, sub vna specie.

Prima. Fractio panis, Eucharistiæ consecrationem, distributionem, sumptionem, in scriptura significat. Act. cap. 2. v. 42. ita & 1. Corinth. 11. Deinde quantum aliorum dicta Patrum accipi possint: Augustini tamen verba clara sunt tract. 2. in Epist. Ioan. Discipuli ergo cum non cognouerunt, nisi in fractione panis, & vere qui non sibi iudicium manducat & bibit in fractione panis, Christum agnoscit. Idem ferm. 140. de Tempore: Dominus ergo, inquit, presentia seipsum in fractione panis. Discite vbi Dominum queratis, discite vbi habeatis, discite vbi agnoscatis, quando manducatis. Norunt enim fideles aliquid, quod melius intelligunt in ista lectione, quam illi non nouerunt.

Vbi certo constat eum de manducatione Eucharistica loqui, quam soli fideles intelligebant. Sic enim catechumenis presentibus de hoc mysterio loqui patres solent. Clarissime Augustin. l. 3. de consensu Euang. cap. 25. Non autem ait, incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus: sed tamen à Christo est facta permissio vsque ad sacramentum panis: vt vnitatem corporis eius participata, renoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.

Et supra dixerat, vnitati corporis Ecclesiæ, in Sacramento panis Apostolum commendare. Denique ipse Aretius Caluinius fatetur Augustinum de cenzæ celebratione intelligere. Quin & Caluinus id sensisse Augustinum & plerosque alios fatetur in Harmonia hoc loco.

Secunda. Benedictio ciborum à Christo nunquam adhibita legitur, nisi vel Eucharistiam dedit, vel miraculum aliquod operatus in ipso cibo, vt cum panes

R multi

postea profectus super omnes calos, non tamen deseruit discipulis suis. Propter hoc significandum futurum diuinitus factum, ad presens illud est humanitus factum. Et ideo significatio verax in illa est fictione premissa, quia in hac perfectione illius est significatio veritatis subsistentis. Ille igitur contendat Christum mentitum esse fingendo, qui negat eum quod significauit impleuisse faciendo.

Significandi ergo gratia id fecit, non fallendi. Plane eo modo quo venit, habitu peregrino, quo interrogat quasi nescius, non fallendo sed celando aliquid quod indicare non tenebatur.

§. 2. Priscillianistæ hoc factum Christi vsu sunt, vt mentitum eum esse probarent, quos contra ille probat, omne mendacium malum esse. Quod reuera tenendum est. Ideoque & illud statuendum est, Christum nullo modo esse τῷ πρῶτον, fingendo mentitum esse. Aliud igitur est fictio, vel simulatio, aliud vero mendacium. Augustini interpretationem sequitur D. Thomas 2. 2. q. 111. art. 1. S. Greg. hom. 23. id eo factum dicit, vt significaret, se ab eorum fide longius abesse.

§. 3. In hac tamen expositione difficultas non vixqua mouetur. Nam quamuis aliud quodcunque Dominus significare voluerit, tamen videtur simulatio illa rationem mendacii habuisse. Ad propriam enim formalemque falsitatem pertinet, voluntas enuncians falsum quod falsum esse scias, etsi non fiat voluntate fallendi, hæc enim ad perfectionem mendacii non essentiam pertinet, vt habet D. Thom. 2. 2. q. 110. a. 1. Nec interesse videtur, verbo an factum falsum enunciet: verborum est mendacium, factorum simulatio. Si dixisset velle se longius ire, cum reuera decreuisset, cum illis manere, mentitus videretur, pariter ergo ratione cum factum idem fecit. Denique videtur hac ratione dari fallendi fraudandique potestas, adscita alicuius rei significatione: vt vbique inducatur equiuocatio, quemadmodum Priscillianistæ docebant, non aliter Deum docuisse dicebant. Non aliter veritatem ostendere suam falsitatem arbitantes, quam si veritatem æternam dicerent esse mendaciam.

§. 4. Mihi respondendum pro Christo videtur, quod in omni genere, amphibologia, vel simulationis ficti solet. vt Theologi docent. 2. 2. q. 69. vbi ostendunt, Iudicem non legitimum, vel non legitime interrogantem posse ambiguo responso eludi. Nec modo hæc longius eundi fictio in Christo fuit, sed habitus peregrinus, simulatio ignorantis de illis que Ierosolymis contigerunt; aliquid enim egit, vade illi suspicarentur nescire quid egisset; quod si negaret, omnia stratagemata, simulationesque in vitio censebantur, cum tamen contrarium omnes doceant. Nec est mendacium, nisi cum verbo vel factum quispiam id neget, quod mente concipit: Christus autem simulando peregrinitatem, & factorum ignorantiam, non aliquid contra mentem significare voluit, sed alia quadam indicare, quæ menti non repugnarent. Quando vero loquendi ambiguitas, vel mentalis exceptio, & restrictio locum habeat, Theologi exponunt 2. 2. quest. 110. 111. 112. 113. & 69.

VERSVS 30.

Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

multiplicaret. Aliud hoc loco miraculum fingi non potest, itaque Eucharistiam dedit. Quod adeo clarum visum est Lutheranis, ut multi id affirmarint.

Tertia. Benedictio & fractio non fuit initio mentis, sed *ἐν τῷ ἀνακλιθῆναι* in recumbendo, cum scilicet iam cœna penè esset absoluta.

Quarta. Miraculum in fractione editum est. Cognouerunt enim in fractione panis, hoc est, vi fractionis, alioqui si communis diuisio panis fuisset non appareret causa miraculi ex fractione.

§. 3. Obiiciunt: Christi proprium quendam benedicens modum fuisse, ex quo eum cognouerint.

Verum quod admodum illū attinet omnino fictio est. Nam etiam in Eucharistia benedicenda, à more Iudæorum non recessit, nec de ea singularitate à Pharisæis vnquam est accusatus. Deinde cum non ex forma, verbis, aliisque cognoscereat, quomodo ex modo benedicendi agnoscerent, quem notum, quilibet imitari potuit. Denique cognitus est in fractione, non benedictione panis.

§. 4. Christi corpus posse inuisibili modo adesse in sacramento probant Orthodoxi, & quicumque Eucharistiam veram ex Scripturis confitentur. Cum enim videri voluit, cum illis ad mensam confedit, locutus, cum voluit subito disparuit. Factus scilicet inuisibilis, ut nec illis duobus, nec hospiti, nec familiaræ, eius discessus pateret, nec enim ostio exemptum viderunt, nec per viam oculis secuti sunt, sed subito sese fecit inaspectabilem. Nec vllius est momenti, quod Caluinus garrat l. 4. Instit. c. 27. §. 29. Sic Christus sui

disimilem fore, & ex carne spiritum fieri, nugatorium est.

Non enim mirum est diuersa specie Christum apparere, alia in mari, alia in monte, alia in cruce, alia in orto: alibi sese totum ostendere, alibi qualitatem, qua inuisibilis reddatur, sibi adsciscere. Quis enim ignorat Christum alia forma post resurrectionem apparuisse discipulis, cum illis loquentem, & vespertem, aliâ vero animabus in paradiso.

Nec minoris imperitiæ est mox ex carne spiritum fore, si non videatur caro. Neque enim res vlla, nisi color & lux videri potest, præter communia nonnulla. Ipsa corporum substantia aliaque affectiones, quæ similitudines ad oculos non remittunt, non videntur. Non tamen ideo corpora non sunt, quia non videntur. Nec opus est in corporibus vel minimam fieri mutationem, ut non videantur; satis est enim non concurrere Deum ad species producendas, quæ ad visum necessariæ sunt. Denique *ἀφανισθῆναι* significat inuisibilem esse factum.

Verf. 31. Beza ablatum est à conspectu. Euanescendi vocabulum reicit, quod spectrorum sit. Verum etiam de corporibus, ut fumo aliisque dicitur Euanescere, & *Cererem steriles vanaescere in herbas*, Poëta dixit. Caluinus verbum Euanuit retinet, & ait Christum simul ac agnitus fuit, subito disparuisse. Quamuis id non recte, quod ait Deo vigorem subrahente obtusam fuisse eorum aciem.

In Græco & Syro scribitur, Finis Evangelii Sancti, secundum Lucam Euangelistam.

